

Tullius.

Paulanias.
Valerius,
3. Reg. 20.D. August.
vindicatur
aduersus
Torreblan-
cam.

auguria, sicut & auspicia circa aues versabantur, eorumque volatus, & garritus perscrutabantur: omnia verò sapientia ex homine, cuiusque operatione defumuntur, præsertim verò ex vocibus fortuò, & præter intentionem prolati teste Tullio lib. 1. de Tullio, cui plurimum Romani tribuere teste Valerio Maximil. l. c. 5. Graci, & Ägyptij teste Paulania in Arcad. nec non Syri Reg. 3. c. 20. qui cum lumbos suos faccis accinxirent, posuissent; funiculos in capitibus suis, vt veniam apud regem Israël pro Benadab imperarent, sic auire: *Vinat orate, anima mea;* & respondisset, *si adhuc vivit fratrem meum est,* id pro omnime accepérunt, festinantesque rapuerunt verbum ex ore eius. Perperam vero Torreblanca l. 1. de Magia diuinatrice c. 26. dixit S. Augustinus l. 1. retract. negare, quod omnis mentio fiat in sacris literis, non enim dixit mentionem non fieri, sed an mentio fiat, se non meminisse: hac autem sunt eius verba c. 1. libri citati, in quo reprehendit nonnulla, que minus cautè libro. contra Academicos dixisse videbatur. *Omen quippe me legisse non recolo, sine in sacrificiis literis nostris, sine in sermone cuiusquam Ecclesiastici sermonis disputationis;* quamvis abominatio sit in de Elia, quoniam diuinis literis assidue reperiatur. Aliud est autem, quod aliquid in Scripturis sanctis legisse non meminerimus; aliud, quod in ijsdem legi negemus: Imo sapientia contingit, vt post integrum Scripturam sacra lectionem verbum aliquod in ea non esse existemus, quod tamen ibidem non semel legitur; sapientia vero, quando semel dunxerat ibidem scriptum est, id euenerit solet, vt in omni patet, quod in hoc Regum loco dunxerat animadversum est. Omina vero ex primis actibus sumi solebant iuxta id Fastor. I.

*Ad primam vocem timidas aduertimus aures,
Et primam vixam consulit Augur aumen:*

Hinc factum est, vt spe Cneus Pompeius conciderit, cum gubernatore nomine interrogasset, qui respondit *venabadi*, vt apud Valer. loco cit. videat est. Hanc autem superstitionem gentiles ementitos suffide Torreblanca putat, ex eo quod Scripturam sacram contemplati sent, in qua non casu, sed ratione nomina posita esse videbant; vt 2. Reg. 15. constat ex illo Abigail ad Davidem de mariti Nabal Carmeli nomine, de quo dicitur, *Iuxta nomen suum fuitus est;* sic etiam Esau de fratre Gen. 27. habet. *Iustæ vocatum est nomen eius Jacob;* supplantavit enim me in altera vice; sic David de Achimaa 2. Reg. 18. *Vir bonus est,* & bonum portat nomen: vnde tritus ex Ouidio versus habet:

Nominibus semper omen adest soler.

Omen non solum in vocibus, sed in scripturis subito apertis, vel foro suspensis exercetur: hinc de Diogene Theodoretus lib. 6. de prouid. & Simanch. titul. 63. num. 26. de catholica Institutione

narrant lapidem super domum cuiusdam improbi reperiisse, his verbis inscriptum: *Insignis victoria Herculis hic habitat, nil mali ingrediatur, qui dixit: quomodo ingredierur Dominus ædium?* hæc autem verba, vel scriberebatur, vel pronuntiabantur ad omnis aueruncationem: vnde 1. Fastor.

Prostera lux oritur, linguis, animisque fauere: Ouidius.
Nunc discenda bono sunt bona verba die.

Addit quod circa facta subito enata omen verferetur, vt à cibo primùm arrepto; à gleba oblata: à maculis vnguium, vt Cardan. l. 8. de Varier. c. 43. Cardanus, narrat &c. hæc autem omnia, vt pote superstitionis, abominantia sunt: nec ideo admittenda credidris, si quando vera fuere; tunc enim fallit dæmon, qui cum fortissimo superstitionis vinculo nos detinere velit, bellum cœunt, mortem inopinatam, cæteraque per se, vel per magos, cæterosque coniuratos fieri curat, vt in eos spes nostras collocemus. Non sunt ergo attendenda omnia, vt recte concludunt Canonitas cum Azorio tomo 1. Instit. l. 9. c. 22. q. fin. Sanchez tomo 1. summ. l. 1. c. 38. n. 38. & alijs multis. De his Iul. Syren. l. 9. de fato cap. 22. Medina. l. 2. de recta in Deum fide cap. 2. Conrad. Vuimp. l. 1. de diuin. c. 14. Picus l. 6. prænor. cap. 5. Perer. in 24. Gen. disput. 6. videri posunt. Sed & Tullius 1. de diuinat. omnia ridet, & confutat.

At quoniam modo Eliezer à peccato vindicari poterit, qui predicto omni, tam verbis, quam ritibus constante vobis est: nunquid illam difficultatem recte Venetus solvit? Profectò non ab hac arte, credo, sed à Deo veritatem expectauit Eliezer, qui non ea verba procul à superstitione, sed à Spiritu sancto edocit: vnde Sanctus Doctor 22. q. 95. a. 7. ait eum puella verba attendisse oratione praemissa. Sed aliquis scrupulus superesse videtur, nam si præmissa oratione culibet ominari licet, in multis errores præcipiti cursu plurimi abripiuntur, & ubi pessime res aliqua cesserit, super omne se quispiam excusare poterit, quod tamen oratione præmissa, atque sincera intentione factum fuerit. Ciceranus scrupulum hunc eximere videatur ad hunc articulum his verbis. Accipere quan-

An Eliezer
diuinatio-
ne, & omi-
ne vobis fue-
rit.
Gen. 24.

D. Thomas

dique omni oratione præmissa, vel tanquam ex diuina datum prouidentia, non est peccatum, vt in responsive ad tertium habes; si tamen ex hoc persona non se imprudenter periculo exponat ma- li, quoniam non propterea excusaretur, sua enim credulitas, aur oratio non debet facere hominem præcipitem. Oportet enim diuinum percipere lumen, aut præceptum ad hæc, & non ex sola hac faciliter credulitate, aut fiducia moueri ad opus, Omen namque ad cognitionem, non ad operacionem licitum ex nostra erga Deum fiducia intelligitur. Hactenus de omni, cùm autem de auspicijs in Genesi capite 24. quæstio non sit, in aliis locum questionem propriam reseruandam censeo.

An quan-
tum omni-
nari licet
Cicerani
sententia.
De omni-
bus vide
Claudium
nostrum fa-
fissimè era-
ditissimè &
elegantissi-
mè, & non ex sola hac
me dis-
crepantem ad
14. c. 1. 1.
R. Reg. vers.
9. & 10.

PROBLEMA CLXVII.

G V R Eliezer petiit signum in aqua danda in potum: Nonne quia aqua misericordiam, Gen. 24. pietatem & clementiam Dei significat? Hinc Christus ipsam obtulit, dicens, Si quis fit, Ioh. 7. tit, veniat ad me, & bibat. Et cum Samaritana loquens, dixit. Si scires donum Dei, (id est pietatem, quam veni impari vobis) & quis est, qui loquitur tecum (dator videlicet Ibid. 4. gratia, & clementia) tu forsitan petiis ab eo aquam viuam. Eliezer itaque, qui poposcerat à Deo, vt faceret misericordiam cum Abraham, signum petiit in aqua.

I.

Versicu-
lus 44.